

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et
Iosephi**

Cum quadruplici Indice

**Cartagena, Juan de
Coloniae Agrippinae, 1613**

Homilia Vigesimaquarta. In eadem verba: Dispersit superbos mente cordis
sui proponuntur tremendi modi, ex sacris literis deprompti, quibus Deus
animam impij in hoc sæculo disperdit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](#)

verba eiusdem Psalmi : *Deieci si eos, dum eleuarentur, cum in alium iam eleuati essent, diuitiisque & omni felicitatis genere jubilati, tu eos rursus confregisti.* Quinto dispergi Deus superbos, potenti sua manu ilios comprehendens, quantumvis aliquin longissime per superbias suas cogitationes à Deo se sequestrauerint, & funderint, iuxta illud Psal. *Si affampus penas meas dilucido, & habitavero in extremis maris: etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dexteratus: vbi Euthymius per pennas potentiam illam mentis intelligit,*

Psal. 138.

Euthym. su.

per Ps. 138.

Sap. 1.

1. Cor. 3.

(inquit) intellectus mei in abyssum maris persuenero, eo consilio, ut ille saltem possum à te abscondi, potentia tua nihilominus illudet: iam me deducet, & rursus detinebit me, hoc est, neque illuc etiam sine tua potentia accedam, quoniam immo illo precepit me, illac iter concedet, atque illuc etiam me detinebit, ita ut illuc evadere non valeam. Sexto, & ultimo, Deus dissipat cogitationes superborum, reprehendendo illos, & arguendo: dum enim Deus conuincit illos errare, & manifestat suis dolis deceptos fuisse, arguit, reprehendit, & dissipat illorum metes, & consilia, ut faciat in extrema iniuriorum damnatione: unde Salomon dixit: *In impiorum cogitationibus interrogatio erit; sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniuriarum illius.* quod Paulus alias verbis significauit: *Comprehendam sapientes in astutia eorum: vbi Ambrosius, Theophilactus, & Olimpiodorus legant: Reprehendam sapientes, D Cypr. li. 3. leu arguan. quo etiam modo legit Cy. testimoniorū prianus, facit ad idem illud Davidis: Do ad quatinus minus scit cogitationes hominum, quoniam Psal. 93. vane sum: notitia scilicet reprobationis, & condemnationis: & illud: Incepisti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis, vbi aduertere, Deum tripliciter increpare peccantes, potenter, prudenter, & clementer; potenter increpat peccantes ex industria, prudenter, peccantes ex ignorantia, clementer, peccantes ex fragilitate, tanta est Dei bonitas, &*

clementia, cui sit honor, & gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XXIV.

In eadem verba: *Dispersit superbos mente cordis sui: proponuntur tremendi modi, ex sacris literis depræpti, quibus Deus animam impy in hoc saeculo disperdit.*



Vibus modis Deus animam impy dispergit, Italias cap. i. ulchia similitudinem varietate ad viuum describit: *V*, inquit, geni peccatrici, p. Isai. 1. puto gravi iniuste, semini nequam, filii sceleratis: Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum super quo percutiam vos ultra, adentes prævaricationem: Omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, vulnera, & liquor, & plaga sumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque sota oleo. Terra vestra deserta, Ciuitates vestre succensa igni: regionem vestram coram robis alieni devorant, & desolabitur, sicut in vestitate hostili. Et derelinquetur filia Sion, ut umbraclum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas, qua valatur, hæc ibi. In quibus verbis scriptum rebus gens peccatrix, & populus iniuste grauis, & semen nequam, & filii scelerati apposite comparantur. Quod etiam ex comment. D. Hieron. in Isaiam aperte colligitur. Primum ergo peccatrix anima à Deo derelicta comparatur infirmo, vlceribus pleno, atque in singulis corporis partibus insanibili se re morbo confecto. Porro peccatum est quoddam corpus, ut dixit Paulus: *Et destruktur corpus peccati: Describamus nos huius corporis membra, & liquidò constitabit, omnes eius partes infectas, languidas, & vlceribus plenas esse.* Est sane Intel-

Rom. 6.

Intellectus huius corporis, quod est peccatum, Cæcitas; Voluntas verò, cupiditas, & inclinatio ad malum; Memoria, obliuio Dei, & beneficiorum eius: Oculi adulteria, Os & Aures blasphemiae, & maledicentiae: Nasus, affectus ad libidinosos, & sensuales odores: Venter, ingluies, commissationes, & ebrietates: Tactus, molitiae, & delecatio in actib. veneris: Brachia, inimicitiae, & rixa; Manus, & Digihi, furta, & rapinae: Coxæ, & femora fornicationes adulteria, & alia huiusmodi opera: Genua, inconstantia, & debilitas in bene operando: Crura, iائuæ, & iniustæ actiones: Pedes, gressus prægi, & impudici. Atque ita à planta pedis usque ad verticem non est in hoc corpore, quod describimus, sanitatis vestigium aliquod. E contrario animæ iustæ omnia membra, partes, seu ossa (sic potentiæ animæ in scripturis appellantur) integra, firma, ac virtutibus roborata esse dignoscuntur. Eius intellectus est vertitas; Voluntas bonitas; Memoria, Dei recordatio, & beneficiorum eius memoratio; Oculi, Dei cognitio; Aures, fides; Nares, spes coelestium; Gustus, desiderium retum supernaturalium; Tactus, exercitatio sensuum in rebus spiritualibus: Brachia, cōcordia, & charitas erga proximos: Manus, iustitia commutativa, & distributiva: Femora, temperantia, & castitas: Genua, robur, & potentia in bene operando: Tibiaæ, promptitudo ad bona opera exequenda: Pedes, pacifici, & virtuosi affectus. Et quemadmodum Deus custodit hæc omnia iustorum ossa, ita ut nec vilius ex illis conteratur: sic ex aduerso omnia impiorum ossa disperlit, frangit, comminuit: *Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur: & illud: Custodit Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.* vbi Euthymius ait: *Custodit Dominus omnes diligentes, scilicet eum ex toto corde, custodit autem ab his omnibus, a quibus custodiare decet: Et omnes peccatores disperdet eos scilicet, qui immedicibili morbo laborant: disperdet autem eos, seu exterminat.*

bit eos à populo suo. Ad hanc autem similitudinem amplificandam perbellè ea faciunt, qua Hieronymus scribit in Commentario super Isaiam de peccatis populi Iudaici, qua per metaphoram, & piam translationem ad animam iniquam transfferri possunt. Secunda similitudo animæ iniustæ est Terra desertæ. Audi Hieronymum: *Possimus, inquit, hac tropologicè de peccatoribus accipere, qui de sanctitate priuina corravit, postquam contrariis fuerint traditi potestis autibus, quod omnia eorum bona veniant ad desertum, & prioris iustitia Deus nō Rupertus recordetur.* hæc ille: sicut autem desertum (ut notat Rupertus lib. t. in Genes.) est locus, vbi non est hominum habitatio, sed ferarum, sic anima, quæ tota à peccatis, & dæmonibus occupatur, omnibus diuinis auxiliis efficacibus destituta, atq; Angelicis persuasioneibus resistens, desertus dicitur. Et quemadmodum deserti montes dicuntur partes ad vitrumque polum inhabitabiles propter frigus, & zonā torridam, sic anima charitate destituta, & ardore concupiscentiarum effervescent, rectè deserto cōparatur. De qua iridote Sophon. 2. dixit. *Hæc est civitas gloria, habens in confidentia: que dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius.* Quomodo facta est in desertum cubile bestie? *Omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.* Quæ verba apostolè animæ superbae ruinam, & defoliationē declarant, & Angelorum irrationem, & similē in animam, quæ cum in Dei iustitia gloria exultaret, & læta esset ob spirituū diuitiarum copiā, miserrime ob suā arrogantiā, & propriorum meritorum confidentiam, in desertum, ac vastam solitudinem incidit, & cubile bestiarū effecta est. Quo etiam nominē anima à Deo recedens vulnus sterili, atque vberibus artib. assimilatur ab Osea: *Da eis vulnus Osee 9.* fine liberū, & vbera arenita. Tertio comparatur anima à Deo derelicta, vrbi igne succensæ. Est sane hoc suppliciū grauissimum, ac summopere humanis oculis horribile, ac sauum: facies n. eius regionis,

Sss 2 quæ

Gen. 19.

qua incendio vastatur, adēd deformata,
& fœtida, & alpientibus horrenda redi-
citur, ut nihil supra excogitari possit. A-
braham (vt refert Moyles) dum procul
conspiceret Sodomam, & Gomorram,
& vniuersam terram, super quam Deus
pluit sulphur, & ignem tempore Loth,
vidit ascendente fauillam de terra,
quasi fornacis fumum. Atque hodie (ut
his verbis scribit Bochardus) Mare mortuū

Bochard. i.

P.C. 7. n. 38.

semper est fumans, & tenebrosum, sicut os in-
fernī, sicut oculis meis vidi, ob terram vapo-
rem inde fumantem; Vallis dicta quondam il-
lustris, à termino huius maris, secus desertum
Pharaonis, usque supra Iericho, per medianam die-
tam ferè steriles, & inutilis redditus est, ita ut
ne germen quidem producat in sui latitudine,
que alicubi quinque Leucarum est, alibi sex
præterquam in via Iericho, ubi canamella, &
horri, & viridaria sunt, irrigante fave Eli-
sei. Tanta ergo calamitas ei regioni accedit in
execrationem peccati Sodomorum, quod Deus
tot scelus viciuit, ut etiam regio ipsa per-
nas luce perpetuò videatur. Ad dextris insu-
per, & à sinistris montes steriles sunt, & a-
ridi, vel barbare habitationes per multas, &
longa terrarum fladia, quatenus scilicet exi-
stialis ille vapor, impellente vento, pertingere
potest. hac Bochardus. Sic etiam Strabo,
Solinus, & Tacitus illā pernicioſam clá-
dem, & eius tetrae salsuginem, & infœ-
cunditatem describunt; licet hi incendiū
illud è cælo venisti tradant, ille vero è
terra, quod tamen falsum est. Lege Solini-
num cap. 37. Cornelium Tacitum lib. 5.
histor. Strabonem li. 17. Sacra autem elo-
quia veris eandem describunt his verbis:
Videntes plagas terrae illius, & infirmitates,
quibus eam afflixerit Dominus, sulphure, &
saliis ardore comburens, ita ut ultra non sera-
tur, nec vires quipiam germinet, in exem-
plum subuerstonis Sodome, & Gomorrhae, A-
dam, & Seboim, quas subuerit Dominus in
ira, & in furore suo hæc ibi. Par ratione
Deus interdum animam, alias virtutibus
præditam ob eius culpam, & occulta ali-
qua peccata derelinquere solet, ut omni-
ne steriles, & infruitifera in progressu

Deut. 29.

Strabo.
Solinus.
Tacitus.

virtutum reddatur, iuxta illud Psal. Ter. Pid. 16
ram fructiferam in salutinem, à malitia in-
habitantium in ea. Pulchritudo autem D. Greg.
lib. 14. moralium, hoc animæ carnale ia-
cendum cum grauissimi foetoribus ad-
mixtum, & præterim sulphureis exhala-
tionibus peccato conuenientissimi his
verbis declarat: Quid est aliud sulphur, nisi
fomentum ignis? Verum amen sic ignis trit.
trit, ut foetorem grauissimum exhalat. Rede 10.
igitur in sulphure peccatum carnis accipitur,
quod dum peruersis cogitationibus, queſi qui-
busdam foetoribus, mentem replet, aeterna ei
incendia præparat. Et dum factoris suæ neba-
lam in mente reprobo dilatat, contra eam flâ-
mis subseqentibus quasi nutrimenta submi-
nistret. Quod enim per sulphur factor carnis
signetur, ipsa sacri eloquij testatur historia,
que contra Sodomam pluisse sulphur, & igne
Dominum narrat: qui cum carnis eius sceleris
punire decreuisset, in ipsa qualitate volvitis,
notauit maculam criminis: sulphur quippe fo-
torem habet, ignis ardorem. Qui itaque ad
peruersa desideria ex carnis foetore arserant,
dignum fuit, ut simul igne, ac sulphure perire,
quatenus ex iugla pena discent, quid ex ini-
usto desiderio fecissent. hæc S. Gregor. Huc
peccatum, & putridum animalium fo-
rem, Salomon in Proverbiis innuit dicens:
Memoria enim iusti cum laudibus, & nomen Pro. 11.
impiorum putreficit. Postro cuitates illæ in-
cendio succensæ quinque in scripturis
esse leguntur, ut ex variis locis scripture
cognositur: at animæ à Deo sic percusa-
ta (pro dolor) hunc numerum copiosi-
sime excedunt; & quemadmodum regio
incendio illo exusta, & vastata, varijs no-
minibus obscuris, atq; amarissimis ap-
pellatur in sacra Scriptura, dicitur enim
Mare tempestis; Mare salis, vel salissimum;
Mare mortuum; Mare solituini; Stegnus
salsus, in quo nullus pescis nascitur, ut Arist.
lib. 2. Meteor. & Plinius lib. 5. cap. 16. sic
anima igne punitionis à Deo percussa, a-
rida saltus, mortua, infruitifera, ac à Deo
derelicta iure optino nominatur.

Quarto assimilatur anima à Deo defor-
ta ciuitati, quæ ab hostib. diruitur: Beatus
dixit

P.d. 173.

Euthym. in
Psal. 143.

Iude 1.

Hieron. su-
po Ioseph.P.d. 73.
Ioseph. sap.

dixit David populum illum, apud quem non est ruina maceria, neque transitus, neque clamor in placeis eorum: ita ex aduerso infelix populus illi censendus est, in quo ruina maceriae, & transitus, & clamor est in plateis eorum: ubi Euthymius sic ait: Non tamen eorum segetes, & campi florent, & vi- nea: sed si abiles etiam sunt eorum maceriae: per maceriem etiam, seu, ut grecus ait, per sa- pem, ciuitatis mania accipiuntur, aut priuati mari domus; Horum, inquit, igitur nihil deci- dit: sed neque excusione, aut clamores in eo- rum sunt verbibus: vel (inuita alium Inter- pretem) in suburbis eorum; ubi enim tumul- tuatio est, aut perturbatio ex bello, illic etiam excursiones hostium sunt, hac ille. Vbi vides in vastatione hostili, nec segetes, nec cap- pos, nec vineas florere, nec moenia, vel muros subsistere, sed omnia ruinis, tu- multuationibus, perturbationibus, & ho- stium excursionibus subiacere. Singulae hec strages, & omnes simul peccatrici ani- maे accident: in illa non virent bonari operationum segetes, sed vitiorum ger- mina multa pullulant, in illa virtutum muri dissipati sunt, in illa tandem omnia supernatura dona hostili Deo nonnum gladio deuastata reperiuntur. Postremò comparatur huiusmodi anima Tugurio in cœnac, ergo in loco enim, ubi cucum- res crescunt, tugurium pro custodis habi- tatione habeti solet: hoc ab omnibus si- militer despiciunt, recedente custode, cu- tumeribus iam collectis: super quem lo- cum Iustus Hieronymus sic scribit: iuxta anagogem vites Dei, & pomorum paradiſus anima nostra appellari potest, cui si mens pre- fuerit, habeat custodem meritum Deum: si au- tem vita nos, quæ si quædam bestia, fuerint deputata, relinqueremur à custode Deo, & omnia nostra redigentur ad solitudinem. hæc il- le. Quod etiam à Davide vaticinatum est sub typo Ierusalem deuastata: Posuerunt Ierusalem, in pomorum custodiām: sic Euthy- minus legit, qui etiam scribit per pomorum custodiām tugurium quodpiam intelli- gi, in quo primatij custos maturentes solet fructus à furibus obseruare, & custo-

dire. Posuerunt etenim ipsam Ierusalem, veluti ruinam quandam, & rudus, ciuitatis tantum figuram habeat, exteriōri quadam specie, & non re ipsa, ad modū quidem tugurij, quod à longe domus spe- ciem presert, tamen verè domus non est, sed casula quædam ex paucis quibusdam lapidibus tumultuario opere constructa. Ceterum ad illustrandum præsens ar- gumentum has omnes metaphoras lon- gè superat ea, quæ à morte corporali su- mitur, iuxta illud Salomonis: Homo per Sap. 10. malitiam occidit animam suam: ad quod Su- fauna servibus illam follicitantibus in- quirit, si hoc ego, mors mihi est, immo ad idē Dax. 15. ticipies Christus Dominus de filio pro- digo, peccatoris typum gerente, dixit: Frater tuus moriens erat, & renixit. Ut me Luce 15. lius tamē mortis metaphoræ energia, ad præsens argumentum locupletandum innotescat, suppono cum D Paulo, in quolibet nostrum duos homines inueni- ri, interiore scilicet, & exteriorem: Li- 2. Cor. 4. cer is, qui foris est, noster homo corruptatur, tamen quintus est, renouatur de die in diem. Adumbrati fuere per Iacob, & Esau in Gen. 24. ventre matris iuxantes: sicut autē in vng- quoque nostrum duplex est homo, ita, & duplex reperitur vita, duplexque succe- dere potest mors: vita una est corporalis, animantium vitæ similis, alia spiritualis, angelicæ vitæ æmulatrix: illius principiū vitæ anima; huius vero, Deus ipse est, vnde clarè liquet recessum Dei ab a- nimâ tanto maiorem fore calamitatem reputandam, quām recessum animæ à corpore, quanto excellentius bonum est Deus, quām anima. hinc Deus per Osee dixit: Vae eis, cum recessero ab eis: hunc re- Osee 9. cessum, tanquam formidandam pœnam minatus est ipse Deus populo suo: Erudi Ierem. 6. re Ierusalem, ne forte recessat anima à te, & ponam te terram desertam, inviam, & inhabi- tabilem. Peccatum quidem imitatur mor- tem ipsam, nam sicut hæc etiam Cræsus, Alexandros, & potentissimos Cæsares depauperat, & omnibus bonis spoliat, ita peccatum lethale animâ defluyat, omnia

SSS 3 fere

694

fere bona admittit, & in maximā inopiam
egeſtatem reducit: Cām fuit, velut
quercus defluentibus folijs, & velut horū
absque aqua. Adumbrat egregiè hanc stra-
gem, & lacrymandam iacturam facile-
gem illa templi deprædatio, quam impius
Antiochus patravit: ingreditus est hic tē-
plum Domini, & abstulit candelabrum,
mensam propositionis, argentinum, & au-
rum, vasa omnia sacra, nec non & coro-
nas, & ornementum templi; non secus
accidit animæ, quæ templum erat Dei,
cum primum enim peccatum in illam
ingreditur, aufert candelabrum lucens
proprie cognitionis, tollit aurum chari-
tatis, prædarunt vasa, hoc est, lacrymas de-
votionis ab oculis fluentes, tollit de me-
dio mensam propositionis, hoc est, sacra Eucharistia panem, quo vescendi indi-
gnam se reddit anima, ac tandem (quod
maximè deplorandum est) aufert coro-
nas, hoc est, merita, non solum quia dum
adest peccatum, prohibet meritoria opera
fieri, sed quia præterita omnia merita to-
tius anteactæ vita, vnicum etiam solum
peccatum mortale non solum exterius,
sed omnino interius, ac pure mentale pe-
nitus destruit, atque deuastat. Hoc tam
ingens daminum, ac tanti momēti detri-
mentum, summa vigilancia euitare fata-
gens. Iob dixit verba illa consideratione
dignissima: cunctis diebus, quibus nunc mi-
lito, expecto, donec veniat immutatio mea;
mirabilis sanè est copulatio illa omnium
dierum vitæ suæ, cum momento illò, &
tunc temporis; qui enim fieri poterat, vt
militaret in uno momento per omnes
dies vitæ suæ: cunctis diebus, quibus nunc
milito? Maximè quia cum illud, nunc erat
præsens, iam præteriti dies elapsi fuerant,
& cum aderat ultima pugna, iam alia
transierant, quomodo ergo in illo nunc
poterat militare, & pugnare omnes pu-
gnas præsentes, & præteritas, quia iam fe-
re in obliuione erant? iudicabat sanè sa-
pientissimus Iob, quod in quocumque
instanti, tentatione insigante, vim sibi
inserens ei non succumbebat, non solum

Iſaias 1.

a. M. h. t.

Iob 14.

Iob ubi fu-
git.

pugnabat ad præsentem hostem vine-
dum, sed ad conseruanda etiam omnia
anteactæ vitæ suæ merita, quæ per vni-
cum peccatum lethale penitus corrue-
nouerat; & ad id significandum scit, &
compendiose dixit: Cunctis diebus, qui-
bus nunc milito, cunctos vitæ sua dies pra-
teritos cum præsenti, nunc coniungens.
Ac tandem sicut mors corporalis, seu re-
cessus animæ à corpore, insensibile illud
reddit, ita non semel accidit (quæ huma-
na peccatoris miseria est) vt illum pecca-
ta diuinæ vocationi, ac sanctis inspira-
tionibus insensibilem reddant, Ieremia
dicente: Confusione non sunt confusi, & eru- Ierem. 6.
bescere nescierunt: Eoque vtque crevit eo-
rum insensibilitas, vt non vereantur di-
cere: Absque peccato, innocens ego sum, pro- Ierem. 2.
ptere a ueritate furor tuus à me. sed respon-
dit ei Dominus: Ecce ego iudicio contendam ibid.
secum, qd quod dixeris, non peccau. Satus
igitur erit animæ peccatri, cum summo
animi dolore, ac profunda humilitate, &
submissione, cum David flente dicere:
peccau, vt quod ille audierit, ipsa etiam Iob 2. 27.
audiat: Dominus quoque transtulit peccatum
tuum: Cui sit honor & gloria in secula
seculorum. Amen.

HOMILIA XXV.

Exponuntur verba illa: Depositus pe-
tentes de sede, & exaltarit humi-
les: ubi de regnum in onstantia,
& volubilitate, ne non de humili-
um exaltatione breuiter differi-
tur.



N r i Q v r Patres, & grāuili-
ſimi alijs Expofitores in hu-
iuis loci interpretatione in Eſeb. I-
varias abierte ſentētias. Eu-
ſebius Emilienus homilie Nic. de Ly-
feriae ſextæ ante Natuūatem Domini, Cyrilum.
Nicolaus de Lyra, Cyillus, Epifcopus Jacob. de
Christopolitanus, & alijs per hos potentes, Valen-
tius, Iudeos